





Gospel for the Sixth Sunday After Pentecost


Tonus evangélii


D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti


 Evangé-li-i secúndum Marcum. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


I  -n illo témpore: Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod


 manducárent, convocá-tis discípu-lis, a-it illis: Misére-or super turbam:


 qui-a ecce, jam trídu-o sústinent me, nec habent quod mandúcent: et si

 dimísero e-os jejúnos in domum su-am, de-fí-ci-ent in vi-a: quidam enim


 ex e-is de longe vené-runt. Et responderunt e-i discípu-li su-i: Unde il-

 los quis póterit hic saturáre pánibus in so-litúdine? Et interrogávit e-os:


 Quot panes habé-tis? Qui dixerunt: Septem. Et præcépít turbæ discúmbere




super terram. Et accípi-ens septem panes, grá-ti-as agens fregit, et dabat




discípu-lis su-is, ut appónerent, et apposu-érunt turbæ. Et habébant pi-




scículos paucos: et ipsos benedíxit, et jussit appóni. Et manducavérunt,



et saturá-ti sunt, et sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem



sportas. Erant autem qui manducáverant, quasi quátu-or mí-li-a: et di-



mí-sit e-os.